

Hugo. nalis Hugo, & ultimò hanc tuetur Joannes de La Haye.

443. Nec obstat, quod hic Episcopus vir sanctus habuisset uxorem impiam; quia sæpe vidimus virum fidelem habere uxorem infidelem, & hominem sanctum meretricem coniugem, & vice versa, ut legimus in Osea Propheta, præcipue, quia postquam hic antistes ad Episcopatum promotus est, ab illa omnino fuit separatus purè, & castè vivendo. At ipsa Jezabel viro ad talem dignitatem erecto nullatenus castè vixit impofterum, sed impudicè ad actus venereos se convertit. Hæc dixit ut appareat, quod hæc sententia nec est nova, nec improbabilis, cum sit tot lectionibus, ac gravissimis Auctoribus stabilita.

Præoccupan- tur objectio- nes.

QUÆSTIO LIX.

Expenduntur vitia, ac turpitudines hujus mulieris Jezabelis, quæ notantur in textu?

444. Hæc execrabilis mulier se dicit prophetem. In omni ferè seculo hæc pestis grassata est in Ecclesia, ut aliqua mulieres cum specie sanctitatis, ac prophetia exurgerent, & associata Hæreticis eis essent in auxilio ad sua prava dogmata divulganda, ac insinuanda, ut ait D. Hieron. Epistol. ad Crispionem. Simon Magus hæresim condidit adjuvus auxilio Helena meretricis: Nicolaus Antiochenus omnium immunditiarum conditor choros duxit fornicarios, Marcion quoque Romam præmisit mulierem ad majorem lasciviam: Apelles Philomenem comitem habuit: Manianus Priscam, & Maximillam primum auro corruptis, deinde hæresi pollutis: Arius ut orbem deciperet, sororem Principis ante decepit: Donatus Lucilla opibus adjuvus est: Euphrosinum Agape cæca duxit: Priscilliano juncta fuit Zella, non gentes, sed nomine. Mulier enim aptissima est ad deceptionem, ac fictionem. Unde ait D. Cyprian. lib. de bono pudicitia. Mulieres ad omnes delicatas vitiorum sarcinas fertiores sunt viris.

D. Hieron.

Mala mulieres hæreticis sociæ.

445. Cum muliere sit fallax, ac libidinosa, per eam hæretici denotantur.

Etherius.

Psal. 143.

Quod confirmatur ex eo quod juxta multorum sententiam ut retuli quæst. superiori sub nomine Jezabelis secta Nicolaitarum seu omnium hæreticorum denotatur, propter suas impietates, & libidines: sed cur non potius sub nomine Achab, qui fuit impiissimus, & venondatus, ut faceret malum: cur ergo nomine exoris adumbrantur hæretici? verba hæreticorum plena sunt fallacia, ac deceptione, & cum mulier valde sit apta, & opportuna ad fallaciam, ac deceptionem introducendam, inde sub nomine mulieris hæreticorum secta adumbratur, aptius quam sub nomine viri. Etherius, & Beatus lib. 1. de adoptione Christi. Hæretici, ait, dicuntur filia, id est, molles, & in fide vacillantes, ac compositi; de quibus dicitur Pl. 143. num. 12. filie eorum commotæ sunt, ut similitudo templi. Non est templum, sed similitudinem habet Ecclesie. Vel hæretici sub nomine mulieris denotantur, quia omnes hæretici effeminati imbecilles, ac libidinosi sunt.

Secundum hujus mulieris vitium erat docere tanquam ex officio publico, & publica auctoritate, quod multorum malorum janua, & porta est, & idèd Paulus 1. ad Timoth. 2. 1. Tim. 2. num. 12. ait, Mulier in silentio discat, cum omni submissione, docere autem mulieri non permittitur. Et cur mulier non docebit? quæ optime agnoscit de Deo, quia in muliere loquente multam fiduciam habet Dæmon. ad sua venena disseminanda, secus verò si mulier tacet, omnino desperat Dæmon. D. Paulin. Epistol. 8. post adducta citata verba Apostoli. Profecto enim, ait, valet ad confusionem malorum, si videant mulierem sensus suos ignorantia specie per silentium tegere: disciplinam intellectus sui verecundo habitu confiteri, ut non audeat serpens tentandum rursus aggredi desperatione capiendâ. Quippe ex iplo quod mulier per silentium suos sensus tegit, inde fit, quod Dæmon antiquus serpens desperet, ut per ipsum antiquum malorum suorum instrumentum homines capiat, & suam malitiam disseminet.

446.

Mulier ad decipiendum diaboli instrumentum.

D. Paulin.

Et quid multum quod lingua mulieris prædicantis sit nociva, cum ab etiam orante cavendum sit: ait Apostol. 1. Timoth. 2. n. 8. Volo autem viros orare in omni loco; orationem, commendans viros meminit, non feminas voluitne feminas ab oratione arceret? minime, sed cavet illas orare in omni loco. D. Ambros. lib. 6. de Sacrament. cap. 4. Utrique ait, communis est oratio mulieribus, & viris; & Apostolus ideo viros dicit, ne mulieres usurparent, & male intelligerent in omni loco, & inciperent ubique clamare, quas in Ecclesia sustinere non possumus. Viros dicit Apostolus, non mulieres, quod orant in omni loco, quia à lingua mulieris etiam loquente in oratione cavendum, ac fugiendum est; ideo mulier non in omni loco, sed tacite, & in occulto.

447.

1. Tim. 2.

D. Ambros.

Lingua mulieris etiam orantis cavenda est.

448.

D. Ephraim.

Terullianus.

Mulier de efficitur seductum.

449.

Mulier ad omnia depravata non sufficiens.

Ecl. 7.

Tertium hujus mulieris vitium, seduce quod est valde opportunum mulieris ingenium, ex quo ait D. Ephrem adversus impudicas mulieres. O gratiam mulierem: o formidum dolorum efficacem. Ex quo sapienter ait Terullianus lib. 5. in Marc. Salomon, etiam, quam habuit in Deo gloriam, amisit, per mulierem in idolatriam usque pertractus. Expende illud, etiam quam habuit in Deo. Non enim multum esset, quod femineo sibilo evanescerent bona fundata in temporali aliquo fulcro, at in Salomone, quæ in Deo fundabantur bona, ejulque nitentur virtutibus, prorsus oblivioni sunt data, eo ipso quod à feminis seductum est cor ejus.

Quartum hujus mulieris vitium, servos meos quomodo unica, ac sola mulier potuit tot tantos servos Dei decipere? verum est, quod erat una, sola, sed mulier, & adica, quæ est veluti sagena: missa in mari, quæ omnes suis blanditiis, ac lenociniis valet irritare. Ecclesiastes 7. num. 27. Inveni amorem morte mulierem, quæ laqueus venatorum est, & sagena cor ejus. Dicitur & sagena, quia omnes pisces sive parvi, sive magni capiuntur, sic & à muliere non solum parvi, sed etiam magni viri justitia, ac sanctitate irritantur, & non dicitur mulier ut sagena, sed cor ejus; quia mulier una est in uno, & determinato loco,

loco, ac cor ejus, seu affectus ejus in omnes longe, lateque diffunditur. Cardinalis Hugo, Sagena cor ejus, ait, quia omnes cepit parvos, & magnos indifferenter. Ezech. 16. n. 15. Exposuisti fornicationem tuam omni transseunti. ut ejus heres; loco autem dicit, sagena ejus cor & non ipsa: quia sicut sagena totam fluviam occupat, & nullus piscis effugit: sic cor mulieris totum vicum, vel civitatem, vel regionem in qua habitat, occupat, & omnes capit, voluntate, & desiderio, & licet multi effugiant ipsam, nullus tamen effugit cor ejus. Arias legit, Retra cor ejus: Non tanquam unum tectum, sed ad instar plurium, ut nullas effugiat, sed ut omnes capiat, ac decipiat.

Hugo.

Ezech. 16.

Arias.

450.

Actor. 15.

451.

Luxuria impenitentia mater.

D. Ambros.

D. Cyprian.

452.

Luxuria vana dicitur, ac caput omnium iniquitatum.

453.

Luc. 7. mulier lasciva.

454.

Mulier ad omnia depravata non sufficiens.

Ecl. 7.

455.

Mulier ad omnia depravata non sufficiens.

Ecl. 7.

456.

Mulier ad omnia depravata non sufficiens.

Ecl. 7.

457.

Mulier ad omnia depravata non sufficiens.

Ecl. 7.

te, & videte hominem, qui dixit mihi omnia quæcumque feci. Sed in quo dixit illi Jesus universa, quæ ipsa fecit? si enim consideremus verba quæ à Christo dicta sunt mulieri, hoc unum tantum invenimus, Quinque viros in lascivio habuisti, & nunc quem habes, non est tuus vir omnia scelera esse respiciens. Ecce Jesus tantum illi dixit verbum de viro adultero à se habito, quomodo ergo illa non tantum hoc delictum, sed omnia à se perpetrata à Christo esse manifesta dicit? in illo enim uno crimine omnia delicta, maleficia, perjury, homicidia, & alia dicebantur, omnia enim alia scelera cum scortationis peccato veniunt. D. Chryostom. tract. de Samaritan. tom. 6. Unum tantum dixit ei, ait, scortationis peccatum Christus, & illa reliqua hydra curru ad urbem dicens, Venite, & videte hominem, qui dixit mihi omnia quæcumque feci.

Apoc. 2. n. 22. Ecce mittam eam in lectum, & qui moechantur cum ea in tribulatione maxima erunt, si poenitentiam ab operibus ejus non egerint.

Num. 23. Et filios ejus interficiam in morte, & scient omnes Ecclesie, quia ego sum scrutans renes, & corda, & dabo unicuique vestrum secundum opera sua.

VERSIONES.

Vatabl. Arias. Ecce mitto eam in lectum, & moechantes cum ea in afflictionem magnam.

Arabicus. Ecce mittam eam in lectum doloris.

primas. Mittam eam in luctum.

Syrus. Ecce projicio eam in ventrem.

Gagnæus ex. Mittam eam in infirmitatem.

Græco. Et qui adulterio miscetur cum ea.

Pag. Tygur. Et filios ejus interficiam in mortem.

Arias. n. 23. Et liberos ejus interficiam morte, &c. quod ego sum ille scrutans renes.

Vatabl. Pagn. Tygur. Scrutator rerum, & cordis.

Primasus. Scrutator rerum, & cordis.

Primasus. Scrutator rerum, & cordis.

Primasus. Scrutator rerum, & cordis.

Primasus. Scrutator rerum, & cordis.

Primasus. Scrutator rerum, & cordis.

Primasus. Scrutator rerum, & cordis.

Primasus. Scrutator rerum, & cordis.

Primasus. Scrutator rerum, & cordis.

Primasus. Scrutator rerum, & cordis.

Primasus. Scrutator rerum, & cordis.

Primasus. Scrutator rerum, & cordis.

Primasus. Scrutator rerum, & cordis.

EXPOSITIO XIII.

455. Scholia Græca habent; in infirmitate, hoc est, talem agritudinem ei immittam, ut gravi morbo percussa jacere in lecto cogatur. Alii legunt, in lectum, nam qui in morbo est, in lectu, in lachrymis est. Syrius, in dentem, nam in Græco lectus ac venter, unica littera differunt, in cuius immutatione facile potuit esse error, Et qui mœchantur cum ea: Quamvis mœchia propriè sit copula carnalis alicuius conjugis cum alio viro, vel è contra; hic tam n sumitur pro omni concubitu vago; & inord nato. Exod. 20. numero 14. hoc præceptum. Non mœchaberis, prohibet omnem concubitum præter legem matrimonii.

456. In tribulatione maxima erunt, Per hanc tribulationem multi intelligunt pœnas adulteris impostas, alii devastacionem quam tota Asia passa est à Turcis. Aptius D. Thomas damnationem corporis, & animæ in Inferno. Nisi pœnitentiam ab operibus eius egerint. Sub operibus intelliguntur effectus, verba, & cogitationes.

457. Et filios eius interficiam morte; Sub nomine filiorum accipiuntur filii jezabelis, sive ex legitimo thoro, sive ex uno concubitu, sive discipuli: ac comparticipes ejus doctrine. Interficiam morte, dià, & acerbâ morte, percutiam. Et scient omnes Ecclesia: Ex hoc universalis Ecclesia discet, & agnoscet; quia ego sum scrutans corda, & renes, abditissima cordis Jezabelis arcana, ejusque cogitationes secretas penetrans, & intruens, quod est proprium Dei. Et dabo unicuique vestrum secundum opera sua, mercedem scilicet, vel pœnam.

QUÆSTIO LX.

Quare Jezabeli in pœnam suorum delictorum minatur Christus quod mittenda sit in lectum?

458. Nostra Vulgata cum communi lectione habet, Ecce mittam eam in lectum Tamen Græca exemplaria habent, Ecce mitto, de præsentia, pro quo ait Richardus Victorinus. Notandum, quod non dixit mittam, sed mitto, ut præsentia temporis formidinem incurreret timoris. Ut ita cogitata pœnæ præsentia, quod non longe remota sit, sed jam in foribus, frænum sit ad cohibendum à peccatis, & hoc tamen summa pietate, ac miseratione cum subdit nisi pœnitentiam egerint, & ita comminatione mittam in lectum timore percussit; & obiecta pœnitentia spe allicit ad veniam. C. tar. Richard. Diligenter notandum, ait, quod Divina pietatis miseratione, nequaquam absolute, & simpliciter dixit, mitto, sed temperavit comminationem, dicens, nisi pœnitentiam egerint à operibus suis: noluit enim

per effrenatum terrorem peccatores præcipitari in desperationem, sed per temperamentum comminationis eos revocare, si pœnitere vellent ad confidentiam suæ miserationis. Vide supra quæst. 37. n. 271. Ad quæstionem.

Primò aptè ac genuinè Pannonius, Andreas Cæsariensis mittam eam in lectum; Ecce dejectionem illam in agritudinem. Similiter Aretas: Id est, percutiam eam gravi, ac duro morbo, ut quæ modo in voluptatem peccatorum suorum lecto quiescebat, decumbat nunc lecto doloriferæ agritudinis, ut inde transeat ad lectum gehennæ, in quo damnati cubant; & hæc est illa duplex contritio de qua loquitur Hierem. 17. num. 18. Duplici contritione contere eos, nempe pœna in hac vita, & futura ut visis ejus doloribus, ac infirmitatibus, alii emendentur. D. Paschal. de corpore Domini cap. 8. Variis languoribus ait, ideo cruciabantur quidem, ut corrigerentur; quidam vero, ut jam inciperent torqueri, & metu eorum ceteri sararentur; alioquin plaga, & infirmitates nunquam in populo Christi tantum crescerent, præsertim cum de his, qui ex Aegypto in figura sancta Dei Ecclesia egrediebantur, dictum sit nullum fuisse infirmum.

Sed dubitabis. Mulier hæc grandia ac horribilia crimina commisit, ut expendi superiori quæst. cur ergo ob tot scelera non mittitur in carcerem, vincula, ac atrocissimas pœnas, sed in lecto, hoc est agritudinem, ac infirmitatem, ut qui cum ea ibi delitaverant, confundantur, ac erubescant, videntes eam in lectulo torqueri. Haymo, Punitur ista meretrix in lectulo, non ut quiescat, sed ut fibre languescat, ut phrenesim incurrat, quatenus ea jam dicat, & agat, quæ alii audire, vel videre erubescant. Hæc mulier hæres laborabat, & inde in phrenesim incurrit: omnis hæreticus phreneticus est in his, quæ dicit, & agit, ac alii vident, & audiunt ab eo.

Secundò, in lectulo plena agritudinum dolorum projicitur meretrix tanquam in acerbissimum supplicium, nullum enim durius, ac acerbius, quam in lectulo puniri, ubi antea illa delitaverat. D. Ambros. lib. 1. de interpret. Job. c. 1. Quid arummosus, cum ipse lectulus ad communem quietem datus, grave vulnus infligit. De famosa illa meretrice, quæ intexit lectulum suum funibus, ut mollius jaceret, & tapetibus pœtis ex Aegypto pro libidine oculorum; dicitur Proverb. 7. num. 17. Aspersi cubile meum myrrha & aloë, & cinnamomo. Aspersit cubile suum myrrha & aloë, quæ sunt duæ herbæ amarissimæ, & cinnamomo, quod est dulce, pro una dulcedine lectuli, pro majori tormento accepit duplicem amaritudinem. Cardinalis Hugo, Tres species aromaticæ notat, duas amaras, unam dulcem: in quo visus, quod in carnali opere plus est amaritudinis, quam dulcedinis; una amaritudo perinet ad præsens seculum, alia ad futurum.

Tertiò, Rupertus, Ansbertus, Richard. de Sancto Victore ita interpretantur, mittam in lectulum, id est, in infernum. Sic ait Beda, In isto Dei judicio agitur, ut in lecto pœna faciat æterna: quæ miseris in lecto libidinis stravit. Nomine enim lectuli infernus designatur, in quo miseris damnati perpetuè jacebant, ut miserimè torqueantur.

Damnati in inferno cum perpetuo luctu, ac tristitia. Iai. 14. torqueantur. Juxta illud Iai. 14. n. 11. Detrahta est ad inferos superbia tua; concidit cadaver tuum, subter te sternerunt vinea, & operimentum tumens tibi vermis. Ex quo bene notat Ansbertus, quod ubi nos legimus mittam in lectum, alia lecto habet in lectum, quia in inferno luctus est amarissimus, summa, & horribilis tristitia, ac stidor dentium.

463. Magna pœna mulieri quod in domo contineatur. Quando Jezabel ob sua gravissima crimina ut occumbat in lecto plena infirmitatum disponitur, cur ob tot scelera a iudicis rigidius supplicium ei non infligitur. Nullam sanè durius, ac rigidius mulieri, quam quod domi detineatur, & extravagari ac deambulare non valeat, cum valde ingenio mulieris instum sit, extra domum curritate, ac degere. Ait Jesus Pharisæis parabolam, Quis ex vobis homo, qui habet centum oves, si perdidit unam ex illis, & c. Luc. 15. v. 4. Una ovis introducit quæ non stat cum suo pastore, ac toto grege sed ab eo discedens, errans vagatur per montes, valles, sylvas, ac campestria, ut ponderat D. Basil. Se-leuc. orat. 26. Cur non potius introducitur à grege discedens, ac errans aries, agnus, vel vitulus, sed ovis? Ovis fœminei generis est, cui maxime ingenium est, non se continere in uno loc, sed per varia ac diversa campestria, & amœna circuire, & vagari.

464. Primal. Lætas, ait, datur intelligi securitas delinquentium, quam sibi per impunitatem criminum sæpè flagitiosi promittunt, cum peccantes experti non fuerint præsentis iræ vindictam, & pœnitentiam ceteris negligunt donec repentinus eis superveniat inferius, scilicet dolor parturientis, & non effugient, à Deo autem in hoc securitatis neglectum dari dicuntur, quem latentem quidem, non tamen injusto iudicio deseruntur. Ira Ansbertus, D. Thomas, & alii. Lectulus est securitas, & impunitas peccandi, in qua peccator, quasi in mollissimo lecto quiescens ex uno scelere in aliud præcipitatur, & in hanc deceptoriam securitatem tunc reprobi incidunt cum peccantes experti non fuerint præsentis iræ vindictam, & pœnitentiam eò usque negligunt donec repentinus superveniat interitus, ut ita miserimè in perpetuum damnationem ruant.

465. Ezech. 16. Nulla pœna summa peccatori. Ezech. 16. num. 42. Et requiescet indignatio mea in te: & auferetur zelus meus à te, & quiescam, & non irascar amplius. Summa ira est, non irasci in hoc sæculo, sed permitti malitiam impenitentem, ac hominem in suis sceleribus, & peccatis volutari, & ideo pro magna pœna comminatur Deus peccatori; non irascatur amplius. Eleganter D. August. serm. 37. de verbis Domini. Eis nolle nulla pœna quantum sit noxia, Davidem interroga, qui ait Psalm. 9. n. 33. Irascatur Dominum peccator? Quare? Quid vidisti? Irascatur peccatorem impunè luxuriantem, & exclamavit: Irascatur Dominum peccator, quare hoc dixisti? Vide quid sequitur, secundum magnitudinem iniquitatis sue non quare. Ideo nempe non exquiris, quia multum irascitur parcendo cadit, sed iuste cadit.

Contra Moysen obmurmuravit Maria, & Aaron, fratres ejus ob uxorem Æthiopsiam, & ob hoc peccatum subdit text Num. 11. n. 10. Ecce Maria apparuit candens, lepra quasi nix. Ecce expressa pœna qua Mariæ multata est, de

Aarone verò nihil exprimitur in textu, de eo Theod. tamen ait Theod. q. 23. Pœnam pœnam Deus Aaron non infligit: Supponit magnus Doctor, quod aliquam pœnam reportaverit Aaron, sed quænam hæc pœna cum nullam exprimat facit textus, si nullam narrat scriptura, quænam fuit hæc pœna? Illa nempe quæ notatur in textu quod nulla fuerit, & alia rigidior assignari non poterat, quàm quod nulla esset ei pœna inflicta: nam dissimulatio supplicii, signum rigoris, castigatio verò amoris notat. Apocal. 3. Ego quos amo, arguo; & Apocal. 3. castigo. Psalm. 138. n. 3. Intellexisti cogitationes meas de longè. Ex Hebræo legit Hector Pintus in c. 9. Daniel. in annot. Hebr. Intellexisti calamitates, vel amores. Idem est enim amor, ac calamitas, vel labor, nam quos Deus amat, dat labores, & laboribus vexari sinit.

QUÆSTIO LXI.

Quare mœchantes cum Jezabele, ac filii ejus tam diro supplicio afficiuntur? Et quoniam sint hi filii ejus.

468. Dicitur in textu. Et qui mœchantur cum ea, in tribulatione maxima erunt. Quæ plurimi sunt Auctores in præsentia qui nomine Jezabelis impiissimæ, ac turpissimæ Dei prophetarum interfectoris hæreticos interpretantur, Dei servos interficientes, sicut per mœchiam non solum corporalem, sed & spirituales nempe à fide defectum.

469. Sed quid est quod non cuiusque tribulationi sed maxime, ac durissimæ subiciuntur? Et quoniam erit hæc tribulatio maxima? Joachimus Abbas in præsentia, quod latè explicat, exillimat verba illius prophetiæ multarum calamitatum, quas non solum illa Ecclesia Thyatiris, sed etiam omnes alia Asia propter suas hæreses, & crimina sustinuerunt olim à Persis, & Saracenis, & nunc etiam à Turcis. Tamen melius D. Thomas nomine tribulationis maxime intelligit damnationem animæ, & corporis; quæ est summa, & maxima omnium tribulationum.

470. Similiter dicitur in textu, & filios ejus interficiam in morte. Quod de morte æternæ damnationis intelligo; & cum interficere idem sit ac occidere, videtur, quod superet illud verbum in morte, tamen cum magno mysterio additum est, ad indicandam pœnam æternam, & ad utramque mortem, nempe corporis, & animæ exprimentam, hoc enim videtur indicare illa repetitio; Interficiam in morte.

471. Quid nomine filiorum intelligatur, potest dubitari, cum de eis dicatur, quod morte interficiendi sint, nam Ezech. 18. num. 19, ait, filius non portabit iniquitatem patris. An pœoris conditionis censentur filii jezabelis, ut propter suam libidinem ultimo peccantur supplicio. Aliqui nomine filiorum intelligunt complices, ac participes ejusdem scelus cum ipsa jezabele, quæ inde qui vestigia patrura